

se posse apud Abrahamum Wagenmannum, & per eum paulò post Francofurti apud Gotfrid Tampach, dictum.

Introductio debuit addi, cum Ephemeride hujus 1617. anni, sed spes excudendi certa nondum apparet. Cogito annuatim scribere singulas. Nam sumptibus non sufficio. Gringalletus egregiam præstat operam. Epitomes meæ pars Sphærica miserè habita à Typographo, sculptoribus, correctore, me Pragæ absente, nunc tandem prodit, nisi Crugerus Bibliopola, qui sumptus fecit, etiam nunc more suo occasiones negligat exhibendi Francofurti. Vale, clarissime vir, meq; ama. D. 1. Oct. 1617. Lincii.

J. Kepplerus Matthiæ Berneggero

S. P. D.

Mira & his turbis inusitata via literæ tuæ cum honorario Reip. Argen-